

1133, abril, 26

*Sentència interlocutòria del bisbe Berenguer de Girona, en causa entre el monestir de Sant Daniel i els germans Miró i Ramon d'Hostoles, sobre prestació d'alberga per part d'una posessió que Escolina, germana d'ells, havia donat al monestir.*

ASD núm. 22, perg. orig., '163 x 174 mm, sense cloure.

Conquesta est Ermessendis Sancti Danielis abbatissa et eius conuentus super Miron de Ostoles et Raimundo fratre suo dicentes quod auferat eis illud alodium [ ... ] Poncius [ ... ] tunia cum uxore sua Eicilina per donacionis scripturam quam predicta abbatissa pre manibus habebat Sancto Danieli sine ullo retentu donauit, adicioendo etiam quod ab ipsis donatoribus receperit in unoquoque anno hospicium unius diei ac noctis pro possessione. Ad hec prefati fratres Miro atque et Raimundus respondentes dicebant antecessores suos, · patrem scilicet, auunculum et auos in prephato alodio habuisse a possessoribus hominum albergas, exactiones et cum succedebat parentes parentibus peccunia pro donacione, et etiam cum succession parentele deficiebat extraneis tradebant personis, accipientes inde pecuniam sicut de suo, denegantes etiam scripturam quam prefate sorores pretendebant, et quod prephatus Guilielmus Raimundi requisitus a patre eorum Gaucerando denegauerit et predicti alodii donacionem et scripturam quam ostendebant tradicionem. Que omnia prephata abbatissa cum suis sororibus uoce uiua esse uera denegabat, affirmans prephatam scripturam esse ueram, et predictis donatoribus ecclesie Sancti Danielis esse traditam, et sibi et suis sororibus possessionem alodii predicti concessam, proclamans se a prephatis fratribus Mirone atque Raimundo uolenter ese expulsam. Quibus auditis et ex utraque parte diligenter excussis, Berengarius Gerundensis episcopus iudicauit per directum quod si prephata abbatissa posset per sufficietes testes probare scripturam quam ostendebat apprephatis donatoribus esse traditam uel laudatam, prephati fratres Miro atque Raimundus deberent eam reuestire de prephato alodio et omnes fructus quos inde habuere restituere, saluo tamen predictorum fratrum iure et iusticia suo loco et tempore, ipsa abbatissa in sua possessione permanente.

Actum est hoc .VI. kalendas mai anno incarnationis Domini .c.<sup>o</sup> .xxx.mo .III. post millesimum et .XCVI.(sic) regni Ledouici regis.

Berengarius, Dei gratia Girundensis ecclesie episcopus\*.

L'any de la data de Lluís és de fet el .XXVI.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 99-100